

hengin, der gegeben ist noch Cristi geburd dryczenhundirt iar dor noch in deme acht vnde achczegisten iare am nehestin vritage noch sente Michilztage dez heiligin erczengils.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit den wohl erhaltenen Siegeln des Hannus Karas, Heynrich Kuchmeister und Franze Pirner.

No. 92. 1390. 31. Oct.

*B. Nicolaus von Meissen bestätigt die Stiftung des Marien Magdalenen- und Dorotheenaltars in der Kreuzkirche durch Henczlin Czigeler Münzmeister zu Freiberg und dessen Vettern Paulus und Gabriel.*

Nicolaus dei et apostolicae sedis gratia episcopus ecclesiae Misnensis omnibus in perpetuum. Ad augmentum divini cultus tanto proniores inclinamur quanto nos ad id ex debito nostri pastoralis officii propensius recognoscimus obligatos. Sane quia nobis pro parte illustris principis et domini domini Wilhelmi marchionis Misnensis ac providorum virorum Henczlini Czigeler monetarii in Friberg ac Pauli et Gabrielis patruorum suorum ad laudem omnipotentis dei eiusque genitricis intemeratae certi census annui et redditus, prout in litteris et privilegiis dicti illustris principis fidelius desuper contextis plene continetur, ad altare beatae Mariae Magdalенаe et sanctae Dorotheae situm in ecclesia sanctae Crucis in Drezen nostrae diocesis Misnensis fundandum instaurandum ac de novo dotandum in dotem ac proprietatem oblatis existunt cum supplicatione debita, ut oblationem huiusmodi paterno affectu recipere et ecclesiasticis bonis et titulis annumerare et insignire ipsumque altare praefatum cum bonis censibus et redditibus suis in supradictis illustris principis litteris et privilegiis contentis in beneficium ecclesiasticum creare erigere et instaurare auctoritate nostra ordinaria gratiosius dignemur, nos itaque supplicationibus nobis ut praemittitur factis favorabiliter inclinati ipsas tamquam rationabiles et beneficas dignum duximus admitendas, praefatam igitur oblationem bonorum censuum et reddituum nobis factam in domino gratanter acceptavimus et praesentibus acceptamus ac ipsos census in suis litteris et privilegiis praememoratis expressatos ac appropriatos altari beatae Mariae Magdalенаe et sanctae Dorotheae praedicto addimus unimus appropriamus et incorporamus ipsosque bonis ecclesiasticis annumeramus dictumque altare cum dote et proprietate sua praefata ordinaria sive diocesana nostra auctoritate confirmamus et in beneficium ecclesiasticum erigimus creamus et instauramus per praesentes, reputantes etiam et volentes dictos census et redditus esse ecclesiasticos ac de caetero debere foro ecclesiastico non inmerito subiacere. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit etc. In quorum omnium evidens testimonium et notitiam clariorem sigillum nostrum maius praesentibus duximus appendendum. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpen anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo die ultima mensis Octobris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

Hasche Urkundenb. S. 142.